

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta** : 4090

**Auteur(s)** : Philippe II Auguste, France (roi)

**Bénéficiaire(s)** : Mériel, Notre-Dame du Val (abbaye)

**Genre d'acte** : charte

**Authenticité** : non suspect

**Datation** : 1218

**Lieu d'émission** : Saint-Germain-en-Laye

**Action juridique** : autre

**Langue du texte** : latin

## Analyse

Philippe [II], roi de France, accorde l'exemption de coutumes que Galeran, comte de Meulan, et Guillaume de Vernon avaient concédée à l'abbé et aux moines du Val-Notre-Dame.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. La Roque de La Lontière Gilles-André de, *Histoire généalogique de la maison d'Harcourt*, Paris, Cramoisy, 1662, 4 vol., t. 4, p. 2174.
- b. Du Monstier Arthur, *Neustria Pia seu de omnibus et singulis abbatibus et prioratibus totius Normanniae*, Rouen, J. Berthelin, 1663, p. 786.
- c. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Hardel (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 263, p. 40 et p. 303.
- d. Nortier Michel, Samaran Charles, *Recueil des actes de Philippe Auguste, roi de France*, t. 4, années du règne XXXVII à XLIV (1er novembre 1215-14 juillet 1223), Paris, Imprimerie nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1979, n° 1541, p. 173-174.

## Dissertation critique

1218, septembre : : datation proposée par SARAMAN/NORTIER, Recueil des actes de Philippe Auguste, t. 4, p. 173, n. 1 (Indication du mois est fournie par le Registre C de Philippe Auguste).

Texte établi d'après c

In nomine sancte et individue Trinitatis, amen. Philippus, Dei gratia, Francorum rex. Noverint universi, presentes pariter et futuri, quod, cum Galerannus, comes Mellenti, pro amore Dei, dedisset et concessisset abbati de Valle Beate Marie et monachis ibidem Deo servientibus, transversum aque sue, quietum ab omni consuetudine, ad conducendam materiem ad abbatiam eorumdem monachorum edificandam et annonas et omnia que ad eos pertinent, ita quod nemo eos nec famulos eorum disturbaret, nec ab eis aliquid exigeret ; similiter, cum Guillelmus de Vernone, per concessum Richardi, filii sui, monachis ejusdem loci in perpetuum elemosinam, pro salute anime sue et parentum suorum, tam vivorum quam defunctorum, concessisset quod omnes proprietarum rerum facultates per terram et per aquam in eundo et redeundo libere ab omni consuetudine, quiete, Vernone pertranseant : nos, utriusque donum ratum habentes, concedimus, ita quod de supradictis marchandisiam non faciant, scilicet, quod nichil emant ad revendendum, nec propter revendendum. Quod ut perpetue stabilitatis robur obtineat, presentem

cartam sigilli nostri auctoritate et regii nominis karactere inferius annotato confirmamus. Actum apud Sanctum Germanum in Loya, anno Dominice Incarnationis M° CC° octavo decimo, regni vero nostri tricesimo nono, astantibus in palatio nostro quorum nomina supposita sunt et signa : dapifero nullo ; signum Guidonis buticularii ; signum Bartholomei camerarii ; signum Mathei constabularii. Data, vacante cancellaria.